13814/11. = 7

13.814/7.

Serta Connubialia
IN
Singularem Decoris Honorisque
Declarationem
VIRI
NOBILITATE & VIRTUTUM LAUDE
DOMINI

JOHAÑIS SERPILII
JUNIORIS,

Actum Nuptiarum cum caſtâ, pudicâ, nobiliſſimâq; Virgine

EVA GALLI,

Viri Nobiliſſimi & Conſultiſſimi Domini
TOBIÆ GALLI,
Lib. Civitatis Cæſareoforenſis Senatoris primarij
FILIA.

Anno 1652. die 14. April.
fauſtis auſpiciis celebrantis conſtructa & oblata,
ab
alumnis Scholæ Cæſareofor.

LEUTSCHOVIÆ,
Typis Laurentij Breweri.

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang.:"
/314.ig.j./

Auguſtinus in Pſal. 99.

Etiamſi continentia conjugio præferatur, melior tamen eſt fidelis conjugatus, quàm continens infidelis.

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang. :"
/314.ig.j./

13814/11.

2

13814/11. = 7

AD Tædas homines vocati honeſtas,
Solent muneribus bonis novellos
Sponſos, condecorare competentèr.
Jovæ pauper Ego, preces benigno
Effundo calidas: velut columbi
Concordes adamant ſuas columbas:
Vos Sponſi ut paritèr toro in feraci.
Vivatis ſtabili ligati amore.
Ac caram Sobolem & pios Nepotes,
Tandem cernere (quod precor) queatis!

poſuit Georgius Rataj,
4ta Claſ: Auditor ibidem.

NOn mihi procertò modicum ſapuiſſe viedetur
Omnis qui tempus pectore curat acri.
Ejusdem quoniam neglectu multa nociva
Exurgunt, dirè cor animumq́; premant.
Aſt curâ illius cumulatìm fulva talenta
Proveniunt ſubitò, more fluentis aquæ.
Non Neonymphe, mihi modicum ſapuiſſe videris.
Dùm curas tempus dexteritate piâ.
Hoc etenim nunc eſt in quo tu fœdera lecti,
Aggrederis lætus tripudiumq́; canis.
VER, ſenium renovans, cinctum florente coronâ,
Quo Venus & Zephyrus *flant per amœna loca.*
Quo ſe floriferis exornat veſtibus arbor,
Ac jucunda nimìs gloria Veris *adeſt.*
Quoq́; ſuum repetunt nativum cuncta vigorem,
Et renovat vires Sylva venuſta ſuas:

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang.:"
/314.ig.j./

13814/11.

Quo reſonat gratis concentibus arduus Æther,
Ingeminat volucris gutture blanda ſonos.
Depingit placidus jucunda Favonius arva
Cum pratis, lætis florigeriſq́; comis:
Incipitatq́; ſuas Fagus protrudere gemmas,
Herbaq́; perbellè luxuriare quaſi.
Cuncta novas cernis quaſi nunc aſſummere formas,
Singula jam Verni temporis aura capit.
Te quoq́; nunc Verni, *Neonymphe, hæc temporis aura,*
Lætitiis recreat delitiiſq́; novis.
Quippè novum certò contendis ſummere nomen
Nimirùm Sponſi, quod nova nupta capit.
Exiſtenti etenim Viduo, Neonympha decoris
Porrigitur palmis, corpore & ore nitens:
Corpore & ore nitens, alias ſplendore refulgens,
Affectans mores amplificare ſuos.
Hæc decus egregium eſt, & habet ſpectamen honeſtæ:
Indolis, & juvenum par imitamen alit.
Non fruſtrà facta hæc mutatio tempore Verno,
Namq́; tibi curæ tempora Veris *erant.*
Ergò conjunxit qui vos hoc tempore læto
In Fædus Thalami Cythereumq́; jugum.
Faxit, ut hæc vobis emergant tempora Verna
Quæ gaudent animis delitiiſq́; piis.
Quare munera dent alij qui rubra Metalla
Condita habent ciſtis, aſt ego vota canam,
Vota canam Domino, nam dextrè vota repoſcit,
Cui tantùm ſoli ſint ea fuſa piè.
Ut tibi Conjugium fauſtum ſit fertile, Sponſe,
Gaudia det Lectus progeniemq́; tibi.
Morigeros donet tibi per multoſq́; Nepotes
Donet Neſtorei ſecla videre ſenis.

Quæ

Quæ gratâ voveo
Et fac Conju

FElix, quem D
Et petit ad
Huic quoq́; nupt
Incidet illi
Diliget ut Sponſ
Inter eos nu
Sic faciat veſtros
Felices ſemp

CLare faveto dies,
Quos nunc pro
Heu, Neonymphe, ſ
Præ reliquis pl
Jam ſatis in vacuo c
Jam ſatis in ſo
Æquum eſt, in ſocio
Quem tenero
Hæc ergò cedant fau
Currat & in c

Johann

His po

H*Is* capias, omni
Quòd tibi i
In proprioſq́; *lares* t
Quò foveat c

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang.:"
/314.ig.j./

13814/11. = 7 old.

Quæ grata voveo fibrâ, DEUS, annue votis,
Et fac Conjugibus ſint rata grata pecor.

Johannes Kerczma, Sil. Leſ.

FElix, quem Dominus ſociatô fœdere jungit,
Et petit ad nutum jura marita thori.
Huic quoq; nupta Viro veniet bonitate perenni,
Incidet illius rara querela thoro.
Diliget ut Sponſam Sponſus, ſic illa Maritum,
Inter eos nunquam fiet amarus amor.
Sic faciat veſtros Divina potentia greſſus
Felices ſemper, Conjugiumq; ratum.

Daniel Wachſmannus, Tranſyl.

CLare faveto dies, radij ſalvete nitentes,
Quos nunc promittit Divus Apollo DEUS.
Heu, Neonymphe, ſapis, dùm cordi forma ſuavi
Præ reliquis placeat Virginis una tuo.
Jam ſatis in vacuo cubuiſti Sponſe cubili,
Jam ſatis inſomnes nox dedit atra moras.
Æquum eſt, in ſocio te nunc recaleſcere lecto
Quem tenero foveat Sponſa pudica ſinu.
Hæc ergò cedant fauſto connubia fato,
Currat & in cunctis proſperitatis opus.

Johannes Serpilius. Eva Galli.

Per Ἀνάγραμμα.

His pone jus in lares, Liga, leva.

H*Is* capias, omni poſito, nova gaudia, luctu,
Quòd tibi in amplexus altera Sponſa datur.
In proprios q; *lares* tibi *jus* nove *pone* Marite,
Quò foveat cæptis aura ſecunda tuis.

 Christe,

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang.:"
/314.ig.j./

Quæ

Chriſte, *liga* vinčlo ſociali, Fœderis Autor,
Aſſiduoq; *leva* hos ex bonitate tuâ.

Venceſlaus Poznalek, Sil.

Johannes Serpilius Junior ducit Uxorem Evam Galli.

Per Αναγάμμα.

Duc in amore ligat, Jeſus puer omnia nexu:
Hos *illi verſus* Vir *bone ritè canas.*

DUc *ſubitò Uxorem, ſiquidem tibi contigit illa,*
Namq; graves multis ſunt in amore *moræ.*
Eſt harum Jeſus *Tædarum maximus Auctor*
Pectora qui ſolus, veſtra ſubinde ligat.
Heus Puer.: *ito, jube caram ſalvere Maritam,*
Ut decores totam divite meſſe domum.
Omnia *qui firmo junxit ſub pectore* nexu,
Hos *illi verſus* Vir *modo quisq; canas.*
Adſis Chriſte, ſacris clemens ſocialibus auſis,
Nam carpunt rectam quam cupis ipſe viam,
Atq; novos omni Sponſos bonitate corone
Ut celebrent Thalamo feſta parata ſuo.
SERPILI maneas ſoſpes, vigeas, valeasq;,
Serpilios alacris progenerare novos.
Quandoquidem felix: lætaq; ſimillima viti,
Ducitur, atq; tibi Nupta pudica datur.
Hæc pragnans vernet Natis tibi ſæpè tenellis,
Ceu floret pulchris ſuavis oliva comis.
Ut videas Natos, opto ſeriemq; Nepotum,
Longaq; tranquilla tempora pacis agas.

Simon Kreſca Sil.

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang.:" /314.ig.j./
13814/11.

13814/11. = 7

FAuſta dies ſalve! Verni ſalvete nitores!
Salve Sponſorum biga novella novum!
Tempus adeſt Sponſis quo gaudia mille parantur,
Quo penitùs ceſſent triſtia tempus adeſt.
Res benè ſuccedunt, Vatum præſagia vera;
Qui dicunt duplo corpore, creſcit amor.
Ergo, quibus tacito ſi non fas dicere aperto,
Affectu cordis, proſpera Verba fero
Sponſum cum Sponſâ benedicant fata benigna,
Et Pylij vivant, plurima ſecla ſenis.
Ac magis alludam Sponſis gratando novellis,
Unica vox poterit dicere; uterq; vale.

Andreas VVencelius Sil.

QUis te felicem non dixerit? ô bone Sponſe!
Sponſe inter doctos ſemper habende viros:
Dum nectis fœdus Thalami, Tædasq; jugales,
Dumq; tibi Nuptam jungis amore parem.
Scilicet hæc fulvò multò eſt præſtantior auro,
Quam Pietas decorat, cum pietate Fides.
O Par concordans animis & corpore! veſter
Par ſit amor, veſtro par in amore fides:
VIVITE felices concordes VIVITE: fauſte
Augeat innumerâ vos DEUS ipſe, precor!

Michael Guht Cæſareoforen.

7

Summus

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang.:" /314.ig.j./

SUmmus amicitiæ gradus, & conjunctio vera eſt,
Copula ſacrati legitimiq; thori.
Hocce thori nexu SERPILI nexa tibi EVA eſt,
E claro GALLI ſtemmate Virgo ſata.
Quam genuere probi clarâ pietate Parentes
Fortunante thori fœdera caſta DEO,
Utq; etiam caſti fautor ſit amoris JOVA,
Et cœptas Tædas proſperitate beet.
Hoc precor, hæc voti ſumma eſt, chari ô Neonymphi
Veſter in æternum hoc fœdere vivat amor.

Adamus Breſlovinus Sil.

CHRONOSTICHON.

Te beet aC SponſaM gratIa Larga DeI.

"Régi nyomtatványok, Lőcse, evang.:"
/314.lg.j./